



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Jacobi Usserii Armachani Annales Veteris Et Novi
Testamenti**

Ussher, James

Lutetiæ Parisiorum, 1673

Lectori.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14425

LECTORI.

CENSOR INVS in libello quem ad Q. Cerearium scripsit de natali die, intervalla temporum expositurus; hanc sibi Prefatiunculam premitendam putavit.^a Si origo Mundi in hominum notitiam venisset, inde exordium sumeremus. Et paulo post, de hoc tempore verba faciens: ^b sive habuit initium, inquit, sive semper fuit, certe quod annorum sit, non potest comprehendendi. Itaque hanc Mundi epocham, ut ab hominum notitia quam maximè alienam, ab Astronomicis supputationibus ita a blegat Ptolemaeus, et T. ^c οὐλας τὸν αὐλόν καὶ τὸν μακρῷ περιπολασίαν τὸν κατατας τυρηνὸς θέρος, οὐλεῖαν, ἀλλοτεῖαν, φιλομηδέας τὸν φιλαληθέαν, ἡγάμεδαν. Totius mundi, aut alius multiplicis temporis observationes considerare, putamus alienum esset ab iis qui discendi & veri cognoscendi studio ducuntur. Et à genethliacâ suâ Matheesi, genitaram illam Mundi ab Esculapio & Anubio acceptam, Iulius Firmicus Maternus.^d Non fuit ita genitura Mundi, inquit. Nec enim Mundus certum diem habuit ortus sui; nec aliquid interfuit eo tempore, quo Mundus divinae mentis ac providi numinis ratione formatus est: nec eosque se intentio potuit humanæ fragilitatis extendere, ut originem Mundi faciliter ratione concipere, aut explicare.

Neque verò mirandum, homines ethnios, sacrarum litterarum inscios de Mundi primordiis assequendis ita desperasse: quum inter ipsos Christianos, Chronographus ille celebratissimus Dionysius Petavius, suam de conditu Mundi & annorum inde ad nos numero, sententiam explicaturus, ^e hanc primum disceptationi sumimam fecerit. Annorum ab orbe conditu ad hęc tempora numerum, neque certa ratione compertum esse, neque citra divinam significationem posse compteri. A cuius sententia longissime profecto absuit Philastrius Brixensis, ^f heresem esse notans, quę dicit incertum numerum esse annorum à Mundi origine, & ignorare homines curricula temporum: & Lactantius Firmianus; cuius, in divinis Institutionibus, paulo andancis effatum est istud. ^g Nos unos divinę litterę ad scientiam veritatis erudiunt, principium Mundi, finemque cognovimus. Quicquid enim fiat de preteritis; futurorum temporum notitiam ^h Patrem in sua ipsis potestate constituisse, edocti sumus: ne que ullum omnium existere mortalium, cui totius seculi tempora sint comperta. Quod & illud Siracide spectare putatur, "Αὐτοὶ ηλαοῦ ἄν, οἱ ταρπεῖοι νέοι, οἱ οὐρανοὶ οὐρανοὶ; Arenam maris, & guttas pluviae, & dies seculi, quis enumeret? quod Lyranus de preteritis temporibus dictum existimans, (quum de diebus eternitatis, hic & in cap. XVIII. II. id interpretentur alii) haud ita recte conclusit annos à principio Mundi non fuisse à quoquam numerosos certitudinaliter (ut ille loquitur) & precise.

Qui inter Christianos (quorum ad nos pervenerunt scripta) primus, ex sacris literis etatem Mundi eruere aggressus est, Theophilus episcopus Antiochenus, de tota hac ratione generatim quidemita pronuntiat: ⁱ Οὐαὶ γῆν καὶ τὰ ἔτη δέκατων τοῖς βεβαούσοις περιστατὰ ἀλλοια. Universum tempus & anni indicantur volentibus obtemperare veritati: de exquisitatem calculi ἀντισεια postea subjicit. Ήμεις τοὶς ἀριθμοῖς τοῖς ἀγνοοῦσιν ἀπένταντος ἐτον τοὶς ἀριθμοῖς, οἱ γε τοὺς ἀγνοοῦσαντας τοὶς ἀριθμοῖς τοῖς επιτελοῦσαν μέτροις οὐκέτε. Nec nos forsitan exacte omnium annorum numerum tenemus; propterea quod in sacris liberis non annotati sunt excurrentes menses atque dies.

Nempe quum integros annos Scriptura commemorare soleat, omissis diebus & mensibus, qui vel explendo anno desunt, vel supersunt explero: dubitatio oriri posset de accurate summa, que ex ejusmodi annis inter se additis elicetur. Verum, hoc concessò quod rationi maximè est consentaneum, Scriptores sacros annorum numeros tantà diligentia suis in locis consignantes, id sibi habuisse propositum, ut annorum Mundi seriem, que

^a Censor.
cap. 20.

^b Ibid. cap.
21.

^c Ptolem.
μεγάλη.
οὐρανός.
lib. 3.

^d Jul Fir-
mic. Ma-
thellib. 3.
cap. 2.

^e Petav. de
doctrinā
tempor.
lib. 9. cap.
2.

^f Philastr.
de heret.
b. c. 6. 63.

^g Lactant.
lib. 17. cap.
14.

^h Act. 1. 7.
Matt. 24
36.

ⁱ Ecclesiā.
1. 2. & ibi
Nicol. Ly-
ranus.

^k Theoph.
ad Autolyc.
lib. 3.

LECTORI

aliunde disci non poterat, nobis patescarent: hoc (inquam) concessa, dubitationi proposita spiritum sanctorum quantum necesse fuit providisse dicimus, quoniam ad singularium Periodorum, a quibus (ries annorum seculi) dependet, singulos nexus atque terminos, cum mensis tum diei notam apposuit. Ut quum Iraelite, verbi gratia, ¹ mensis 1. die 1. ex Egypto dicantur exiisse, & ^m anno post exitum 480. mensis 2. die 2. Salomon Templum extrahere capisse: menses & dies, quibus uterque Periodi illius terminus est circumseptus, ex integrō illo annorum numero menses 11. & dies 14. demandos esse ostendunt; & non integros 480. sed annos tantum 479. cum diebus 16 pro dicto Periodi spatio esse assumendos.

Tempus Astronomicum à primo creationis punto ad principium æræ Christianæ exactum, qui se dare nobis posse promittunt, favore mihi digni videntur magis quam laude; quia majus quid ingenio humano moluntur: ait, qui inter nostrorum novissimos tempus ab orbe condito usque ad Christum ex Scripturis sacris numerare aggressus est, David Pares. Itaque relicto tempore Astronomico, ad politicum Hebreorum, & Egyptiorum & Persarum tempus, velut ad $\Delta\pi\tau\epsilon\rho\sigma$ τὸν ἑώρατον, hic receperisse dicit. Verum siquid ego hic video, ad rei summam nihil omnino interest, quam mensura in Seculis curriculo dimetiendo quis utatur; modo nota ea sit, & certo dierum numero terminata. Et si per equabilem aliquam annorum mensuram, distantiam inter Mundi primordia & Christi tempora interpositam, cum D. Pareo definire quis poterit: absque ullarum Astronomicalium tabularum adminicculo, quot numero equinoctia in eo intervallo contigerint, eidem facillimum quoque fuerit statuere. Temporis autem ab equinoctio ad idem equinoctium in anno quocunque politico notata revolutio, quid aliud est quam annus naturalis & verè Astronomicus?

Quod si quis ad ista studia, non modo sacre & exoticæ Historie cognitione, sed etiam aliquantâ Astronomici calculi & Veteris Kalendarii Hebraici notitiae instructus accesserit: ut is non annorum tantum, sed etiam dierum inter γαληνα, sed non inter τὸν ωτα ponendum censeo. Per retrogradam certè supputationem ad ipsum primum Mundi diem posse peruvire, ita nos magnus docuit Basilius. Ὅτι οὐ δύσκολόν τε τὸν ωτα αποτελεῖσθαι συνάντατον μαζεῖν εἰς τὸν ταραγγόν τοῦ τοπέου αἰστοῦ καὶ φιλοτεχνοῦ εἰπεῖ τὸν τριάτοις ἡμέρας τὸν τὸν κύριον γενέσεως. ἀνάτοις δὲ τὸν πόλεων τὸν γένεσην τοῦ τριάτου. Discere utique possis quo primum tempore constituerit Mundi origo: si ex hodierno die ad superiores retrogressus erates, primum Mundi conditi diem invenire studiose contendeleris. Hoc enim pacto invenies, unde prima motio accesserit temporis.

Cum autem variis seculis, & apud varias gentes, variae existerint temporum epochae atque variae annorum forme: communis aliqua & nota mensura necessaria hic est assumenda, ad quam reliquarum omnium illa diversitas commodissime reduci posset. Nobis vero nulla mensura notior, neque ad communem temporum collationem accommodatiore quam annorum mensum Julianorum formula, à media nocte, Kalendas Ianuarias anni primi vulgaris ære Christianæ inchoante, deducta: cum tribus illis cyclis, quibus conjunctis annus unusquisque ab aliis quicunque fuerunt omnibus distinguitur: Romana nimirum Indictione annorum 15. Cyclo Lunari sive Aureo numero annorum 19. & Cyclo Solari (dies Solis sive Dominicæ indice) annorum 28. periodum complectente. Neque enim aut certius quicquam nobis est, aut notius, quam numerari hodie annum (non dico, veri Natalis Christi, qui inter doctos controversus est, sed) vulgaris ære Christianæ MDC L, Romane Indictione 3. Lunarii Cycli 17. & Cycli Solaris 7. characteribus insignitum.

Quando quidem verò Christiana hac nostra epocha primordio Mundi multis seculis est posterior, & retrograda annorum ante eam numeratio tum molestior est, sum erroris etiam (nisi major attentio adhibeatur) admodum obnoxia: receptissime illi hypothesis, que annos Iulianos cum tribus suis cyclis temporibus quadam Mathematica ad ipsa Mundi initia decurriſſe ponit, artificialem quoque epocham, ex tribus istis Cyclis in ſe multiplicatis conflatam, recentioribus nostris Chronographis placuisse adjicere. Solari enim Cyclo in Lunarem ducto, ſive numero 28. per 19. multiplicato, magnus Cyclus Paschalis prodit annorum 522. eoque rursus per 15. Indictionis numerum multiplicato, emerget annorum 7980. Periodus, à Roberto Lorbaringo Herefordensi in Britannia nostra episcopo primum (ne fallor) notata, & post 500. annos à Iespho Scaligero Chronologicis usibus adaptata, & Periodi Iulianæ nomine, quod totidem Julianorum annorum Cyclum contineret, nuncupata. Quod si retroſum à praesenti anno trium minorum cyclorum series in tempora anteriora extendatur; 4713.

6715

LECTORI

ante initium ærae nostræ Christianæ annus, ille esse deprehenderetur, in quem & Indictionis i. & Cycli Lunaris i. & Cycli Solaris i. concursus recidet. In Kalendis igitur Ianuariis proleptici illius anni capite hujus Periodi constituto, annus vulgaris ærae Christianæ primus, Periodi Julianæ 4714. erit numerandus: qui per 15. 19. & 28. divisus, Indictionem Romanam 4. Cyclum Lunarem 2. & Solarem 10. notissimos illius anni characteres exhibet.

Primorum Patrum, veterumque Ægyptiorum & Hebreorum annus, ejusdem cum Iuliano quantitas fuisse reperitur, sed ex mensibus 12. aequalibus dierum 30. constans (Hebreos enim ante Babyloniam captivitatem Lunaribus mensibus fuisse usos, probari non potest) dierum est 347. & quarto quoque anno 6. ad 12. mensis finem adjectâ appendix. Ex hujusmodi annorum continua serie in sacris litteris traditâ, in annum Mundi 3442. ex Chaldaica vero Historia & Astronomici Canonis collatione, in annum Nabonassari 186. & cum eo coherentem nexus certissimo annum ante eam Christianam 562. Julianæ Periodi 4152. magni Nabuchadnesaris exitum & regni Evilmerodachi filii ejus initium incurrisse animadverti: indeque sub fine anni Periodi Julianæ 710. Mundum conditum fuisse collegi; postea nimirum in Autumno creationis rerum exordio Quandoquidem vero cum vesperâ primi duci septimane primus seculi dies est inchoatus: feriam primam, que in anno illo 710. ad Autumnale æquinoctium accessit proxime, ex Astronomicis Tabulis (^b non obstante Solis vel statione in diebus Iosue, vel retrocessione in diebus Ezechie) in 23. Octobris Juliani diem incurrisse, observavi, indeque à vesperâ illum Juliani anni diem antecedente, & πρωτοχριστου, & primum temporis motum deducendum fuisse, conclusi.

Basiliana igitur illa quæ oratione perplexis Chronologorum difficultatibus tandem superatis, in hanc concessi sententiam; à vesperâ primum Mundi diem aperiente ad medium noctem primum Christianæ ærae diem inchoantem, annos fluxisse 4003. dies 70 & horas temporarias 6. verumque Christi Domini natalem, quadriennio toto (quod mortis Herodis tempus demonstrat) vulgaris ærae Christianæ principio anteriorem extitisse. Iuxta rationes enim nostras, & Salomonici Templi structura 3000. Mundi anno est absolute 4000. Mundi anno, impletis diebus quibus Virgo novum erat paritura, Christus in perfectâ carne, cuius Templum fuerat typus, hominibus primum apparuit & manifestatus est. Vnde ad annos ærae Christianæ 4. additis, & ab annis ante eandem totidem detractis; pro communi & vulgata, vera & germana obvinebitur Nativitatis epocha.

Ista, ad que nunc digitum intendo tantum, plenijs deinceps, volente Deo, confirmabuntur in Sacra Chronologia; quam, simul cum tractatu de Anno primitivo & veterum Hebreorum Kalendario, edere mihi in animo est. Interim Veteris Testamenti Annales, fundentes ibi positis superstrutios, in lucem edere vixum fuit; cum rerum exteriarum in Asia & Ægypto ab Olympiadum initio gestarum Chronico; ad specialem Græcorum & Romanorum historiam eis potissimum sepositis, que in Græcia (ad quam & Rhodum & insulas inter Europam & Asiam positas resvero) atque Occidentis partibus acte memorantur.

In sacris Historiis representandis, Tremellii & Junii Latinam versionem (cum suis quoque Hebraismis) & capitulum Summaria, sum secutus; in exteris exprimendis, ipsorum auctorum veterum vel optimorum eorumdem ex Greco interpretum verbis sum usus; & nominatim Iacobi Dalechampij in Athenœo, licet in capitulorum notatione ad Natalis Comitis editionem hic respexerim. Ex hisce vero historias aut contraxi ipse, aut à Codomano, Capello, Emmio, Pezelio, Ebero, Saliano, vel alio quoque qui ad manum aderat Chronographo, contratas desumpsi, sic tamen, ut ipsi primorum auctorum fontes (quorum à me loca studiosè sunt annotata) semper mihi obversarentur ante oculos. Temporum enim rectæ dispositioni unicè intentus, de verbis aliorum mutandis (quod prestatore fuisse facilissimum, si tantum res esse videbatur) parum fui sollicitus.

Cumque ex magna Historiorum turbâ qui Iulij Caesaris etatem antecesserunt, quatuor tantum ævi injuria reliquos nobis fecerit, Herodotum, Thucydidem, Xenophontem, Polybium (cumque maximâ sui parte mutilum;) horum ut antiquissimorum, potissimum rationem habui; eorumque auctoritate fretus, crebros Diodori Siculi anachronismos emendavi: in rebus vero Alexandri Magni (quas illi non attigerunt) non Diodoro solum sed Curtio etiam & Arriano novam aliunde temporum lucem mutuari conatus sum. Prima quatuor Alphabeti literæ, ad annos mundi apposita, annorum ineuntium, currentium, & desinentium sunt indices: autumnali seu primo anni quadrante per a, brumali per b, verno per c, aestivo per d designato. Reliqua prudens lector ipse per se intelliget; quem hisce frui cupio, & valere, Lond. 13. Kal. Julias, Julianas; anno vulgaris ærae Christianæ 1650. à vero Domini Natali, 1654.

^b Vide Annales nostros anno Mundi 1533. d. & 1591. c.

^c Luc. 1. 6.
^d Iohann. 2. 21.

DE